

No. 922. 1427.

Eidesformel, welche der erwählte Bischof Johann IV. nach der Vorschrift der römischen Curie vor seiner Investitur zu beschwören hatte.

Forma iuramenti: Ego Johannes electus Misnensis ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sanctaeque apostolicae Romanae ecclesiae et domino nostro domino Martino papae V. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur aut in eos violentae manus quomodolibet ingerantur, seu iniuriae aliquae inferantur quovis quaesito colore; consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuncios seu litteras, ad eorum damnum me sciente nemini pandam; papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem, legatum apostolicae sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romanae ecclesiae domini nostri papae et successorum praedictorum conservare defendere augere et promovere curabo, nec ero in consilio vel facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel praeiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur, et si talia a quibuscunque procurari novero vel tractari, impediam hoc pro posse, et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem possit ad eorum notitiam perveniri. Regulas sanctorum patrum, decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari, haereticos scismaticos et rebelles praedicto domino nostro ac eisdem successoribus pro posse persequar et impugnabo, vocatus ad synodum veniam nisi praepeditus fuero canonica praepeditione, apostolorum limina curia Romana existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut meum nuncium, nisi apostolica absolvar licentia, possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesiae meae inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adjuvet et haec sancta dei evangelia.

Jo. de Montemartis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Siegel ist abhanden gekommen.

No. 923. 1428. 18. Mai.

K. Sigmund leiht den Bevollmächtigten des B. Johann, Heinrich Graf von Schwarzburg, Tamme Löser und Georg Nebildau die Regalien des Stifts Meissen mit der Bedingung, dass bei seiner Anwesenheit in deutschen Landen der Bischof persönlich vor ihm erscheine und dieselben nochmals empfangen.

Wir Sigmund von gotes genaden Romischer kunig tzu allen tzeiten merer des reichs vnd tzû Vngern, tzu Beheim, Dalmacien Croacien ꝛ. kunig bekennen vnd tun kunt offennbar mit disem brieff allen den, die in sehen oder hören lesen. Als